

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Tertia Conclusio. Vngium & pilorum in mortuo corpore accretio potest etiam reduci in naturalem caussam, scilicet morientis complexionem, in cuius materiam post mortem aliqua forma imperfecta ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

sanguinis de corpore occisi ad occisoris praesentiam. Exhumatio corporum, &c.

Huiusmodi enim mirabilia referenda sunt in Deum, aut spiritum, aut hominem, aut ipsam naturam rebus inditam.

Prima Conclusio. Factio[n]es mirabilium huiusmodi arte magica, aut malitia malorum hominum aliquando possunt procurari. August.lib.21.de Ciuit.cap.6.

Secunda Conclusio. Mira quedam circa mortuorum corpora ad naturales caussas referri possunt, ut ad virtutem loci, unguenti: aut alterius rei corporalis habitae, ut corpus conservetur à putrefactione.

Sicut è contrario omnibus constat, qui Romæ sunt & fuerunt, quod corpora sepulta in cœmiterio Campi Sancti, breuissimo tempore, id est, ut dicunt, in 24. horis consumantur, quamuis non in profunda terra sepe levantur, ut in alijs cœmiterijs contingit, sed tantum leuiter solo tegantur, ut etiam articuli pedum parum eminere aliquando consipientur, quod ipsemet vidi.

Tertia Conclusio. Unguum & pilorum in mortuo corpore accretio potest etiam reduci in naturalem caussam, scilicet morientis complexionem, in cuius materiam

pot

post mortem aliqua forma imperfecta vegetativa inducitur.

SIC Iosephus Angles in d.q.vnica de arte magica in 2. senten. part.1.art.2.diffic.8. qui dubium præsens mouet.

Quarta Conclusio. *Conseruatio corporis aliquando in diuinam potentiam referenda, & pro miraculo habenda.*

QVIA DEVS in testimonium singularis sanctitatis & innocentiae corpora aliqua quæ excellentissima templa Spiritus Sancti extiterunt, & mundissima à carnis & peccati corruptione remanserunt, incorrupta conseruat, iuxta illud Psalmi. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Quinta Conclusio. *Corpora malorum aliquando Dæmonum astutia procurante incorrupta manent, ut hoc merito vita eorum tribuatur, atq[ue] ita mala, quæ fecerunt, pro bonis approbentur, ut virgines facile credens ad eorū inuocationem inducatur. Ioseph. loc. cit.*

Sexta Conclusio. *Circa corpora & sepulchra mortuorum à Necromanticis plurimi fieri non est negandum.*

QVIA omnium iudicio eorum facultas circa hæc versatur.